ſpondetur ſcḋm Areſtotelem.qꝛ ꝓhibet digeſtionem ſiliter non eſt bonum ventri famelico quia ille coitus valde debili⸗tat corpus animalis.

¶ Queritur quare non ſit bonum poſt balneum coire.qꝛ tunc pori ſunt aperti et calor per totum corpus diſperſus ꝙ coitus ſequens balneū maxime infrigidat ipſum corpus.

¶ Queritur quare poſt vomitum et poſt ſolutionez ven⸗tris minime valet coitus Rn̄detur quia eſt valde periculoſū facere duas purgatiões in vno die.vt dicit ypocras et Ga⸗lienus Sic eſt de coitu et ſolatione ventris cū renes ꝑ coitū purgantur et inteſtina per vomitum.

¶ Queritur quare animalia agreſtia in coitu ſūt valde fu⸗ribunda ꝙ patet in ceruis qui tunc maxime clamant et vo⸗ciferant.vt etiam patet de aſinis qui tunc ſolent inſanire. vt dicit Cōſtantinus ex auctoritate Ipocratis Reſpondetur Quia tūc mēbra ſunt maxime incenſa ex appetitu venereo quia natura laborat ad expellendum ſuperflua que in ſenſu diſponunt ad iram et ad furorem.ergo poſt coitum ſunt ſta⸗tim manſueta.

¶ Queritur quare in coitu ſit tanta delectatio Reſpondet quia coitus eſt opus deſpectum in ſe et totum malū et valde immundum ita ꝙ omnia animalia naturaliter abhorrent ipſum et ſi non fuerit tanta delectatio nunquā fieret actus coitus.quia immundus eſt et malicioſus.Et ergo natura in tali delectatione ſe diligenter exercet vt ſpecies rerum poſ⸗ſent ſeruari.

¶ Queritur quare frequenter coeuntes nō habent tantā delectationez ſicut raro coeūtes Reſpōdetur ꝙ hoc fit pro⸗pter tres rationes Prima quia meatus ſeminis eſt bene lar⸗gus et amplus.Et ergo ſemen non facit ibi moram ex cuiꝰ mora inducitur delectatio. Secunda cauſa Quia in illis co⸗euntibus propter continuum coitum eſt paucitas ſeminis. et iterum non facit delectationem. Tercia cauſa quia in illis

coitum iacet in dextro latere cōcipiet maſculū Si aūt iacue⸗rit in ſiniſtro cōciperet femellā.qꝛ femina recluſa ad illā ꝑtē matricis fluūt in qua mulier iacꝫ et tūc talis fetꝰ illic formatꝰ.

¶ Quare mulier hꝫ matricez Rn̄detur ſcḋm Auerroim in libro qui dicitꝰ colliget.qꝛ matrix eſt ꝓpriꝰ locus generatio⸗nis et illa eſt ſituata in medio mulieris.ſicut cloaca in medio ciuitatis qꝛ ſicut ad cloacā fluunt omēs immūdicie ciuitatis ita ad matricē ſanguis fluit mēſtruoſus et immundus.

¶ Quare quedā mulieres portāt pueros longos et grac⸗iles.et alie portant breues et ſpiſſos Rn̄detꝰ ſcḋm Auerroim vbi ſupra et etiam ſm Galienū.ꝙ puer formatꝰ ſm quātita⸗tem matricis.ſed alique mulieres hn̄t matricē longā et ſtri⸗ctam et ergo pueri erūt lōgi et graciles Sꝫ alie ꝑ oppoſitum dicuntur ergo etiā pueri ꝑ oppoſitum diſponuntur.

¶ Quare mulier aliqn̄ cōcipit duos pueros gemellos Re⸗ſpondetur ſcḋm Galienū in libro de natura hūana quia in matrice ſunt.vij cellule et receptacula ſeminis.et tot poſſunt naturaliter generari pueri in quot cellulas ſemē ceciderit et diuiſū fuerit qꝛ tres cellule ſūt in dextro latere et in illis gene⸗rantꝰ tres maſculi Et in ſiniſtro latere ſūt etiaz tres cellule in quibꝰ generantur tres femelle Sꝫ alia eſt in medio illoꝝ vbi aliqui autentici dicūt generari hermofroditam .i.homi⸗nez habentē membrū vtriuſqꝫ ſexus.ergo ſi mulier pareret vltra.vij. pueros hoc pociꝰ eſſet miraculoſe ꝙ naturaliter.

¶ Quare gemelli ſunt ſemi hoīes et nō ita fortes ſicut alij vt dicūt leges ipſos induellis pro medio homine reputātes Rn̄detur qꝛ ſemen et materia ꝙ deberet tranſire in vnum fe⸗tum cecidit in duos.et ergo ex hoc debilitantur et ſecundum rei veritatem non diu viuunt vt frequenter.

¶ Queritur quō generantur hermofrodite Rn̄detur per talē moduz qꝛ in matrice ſunt tres cellule principales.vna in dextro latere et alia in ſiniſtro latere.tercia vero in medio in qua ſemen lapſum dicitur generare hermofroditam per

taꝫem modū.qꝛ natura ſꝑ tendit ad meliꝰ ergo tendit ſemꝑ generare maſculū et nunꝙ femellā.qꝛ femella eſt vir occaſio⸗naliter natꝰ et mōſtrū in natura vt patet in libro de aīalibꝰ. ergo quandoqꝫ generatur maſculus quo ad omnia membra principalia.ſed tamē eandē ꝓpter indiſpoſitionē matricis et obiecti et equalitatem ſeminis non poſſunt ꝑficere maſculū ꝑfectum et ſic generat femellam.vel hermofroditam.et ergo dicunt naturales ꝙ hermofrodita ſit impotens in membro virili vt patet per experientiam.

¶ Quare natura nō diſponit in eo duo membra virilia vꝫ feminalia ſed ſemꝑ vnuz virile et aliud muliebre Rn̄detur ꝙ tunc natura faceret aliqua fruſtra qḋ eſt cōtra Areſto. in multis locis.ſcꝫ in tercio de aīa ꝓmo celi quarto methaphi⸗ſice vbi dicitur ꝙ natura nihil facit fruſtra et deus.

¶ Queritur vtrū ille ſit habendus pro viro vel pro mu⸗liere Rn̄detur ꝙ conſiderāda eſt quantitas vnius membri ſuper quantitatē alterius.et debet conſiderari in quo mem⸗bro ſit potens in actu venereo et ſi ſcḋm actum muliebrem tūc eſt mulier ſi ſcḋm actum virilem tunc eſt vir.

¶ Queritur vtrū ille debꝫ baptizari noīe viri vel mulieris Rn̄detur ꝙ noīe viri. ratio ē qꝛ noīa imponūtur ad placitū et ſcḋm nomē dignius debet baptizari.quia omnis vir dig⸗nior eſt muliere.quia omne agens preſtancius eſt ſuo paſſo. vt dicit Areſtoteles tercio de anima.

¶ Queritur vtrū debꝫ ſtare in iudicio loco viri vel mulie⸗ris. Rn̄detur ſcḋm viā iuris.ꝙ primo dꝫ iurare anteꝙ ad⸗mittitur ad iudicium quo membro poteſt vti et ſecundū hoc eſt admittendus iuxta vſum et potentiam illius membri et ſi vteretur ambobꝰ membris equaliter tunc ſecundū ſanctā eccleſiam non eſt tollerandus Et etiaz queritur et ſoluitur tale propleuma vtrum ipſe poteſt procedere ad ſacros ordi⸗nes et reſpondetur ſecundum iam dicta.

¶ Queritur an natura facit monſtra. Rn̄detur ꝙ ſic.vt

pellit materiam apoſtematicā et ergo ſecundū Auicennam tercio canonis ex dimiſſione coitus aliquādo cauſatur tene⸗broſitas oculoruz et vertigo capitis.vnde ſemꝑ ſperma viri vltra debitum tempus retentum conuertitur in venenū.

¶ Queritur quare diſtemperatꝰ coitus et minus aſſiduus ſit nociuus Rn̄detur ꝙ deſtruit viſum corpus exſiccat.quia dicit Areſtoteles ſcḋo de generatatione aīalium luxuria eſt emiſſio pure humiditatis et cerebrū conſumit ⁊ etiā eſt exptū ꝙ inducit febres acutas ſcḋm Auicēnā et maxime abreuiat vitam ſcḋm Areſtotelem de longitudine et breuitate vite et Albertus declarat de paſſere qui propter nimiuz coitū tant⸗tum viuit ad tres annos.

¶ Quare melancolicis et colericis et vniuerſaliter hoībꝰ macris valde nocet coitus Rn̄detur qꝛ eos multuz exſiccat cum de ſe ſunt ſicci ipſis etiaz inducit ſiccitatem per oppoſitū flegmaticis et ſanguineis prodeſt coitꝰ vt dicit Auicēna.qꝛ in eis multuz eſt de tali materia que neceſſario a natura ex⸗pellenda eſt Quāuis tamē Areſtoteles dicit ꝙ oīe animal pingue ſit pauci ſpermatis et ſeminis quia materia tranſit in pinguedinem

¶ Quare femelle animalium brutorū non appetunt coitū poſt impregnationem Rn̄detur ſm Albertum ꝙ tunc ma⸗trix femine eſt clauſa et menſtrua tunc ſunt retenta.ergo ap⸗petitus circa illa ceſſat.

¶ Queritur quare tunc mulieres et equa poſt impregna⸗tionez appetunt vt dicit Areſtoteles de animalibus Rn̄detꝰ ſcḋm Galienū de muliere Recordatio iuuat ad coituz quia mulieres recordantur ad delectationem in coitu precedenti habitam.et ſic coitum appetunt. Sed de equa Reſpondetur quia eſt animal multum comedens et habet in ſe multas fu⸗moſitates diſtemperatas quia appetunt aliud ſperma eo ꝙ omne ſimile appetit ſuum ſimile.

¶ Queritur quare repleto corpore nō eſt coeundum Re⸗

nalis maxime debilitātur Et ex illo patet ꝙ coitꝰ ſit minime proficuus .ſed tn̄ aliqui aſſerunt ꝙ predicta ſunt intelligēda de coitu excellenti ſed nō de coitu moderato. Notande ſunt alique virtutes que lucide patent in hijs metris ſaltē quibꝰ ſit licitus.vnde verſus Alleuiat corpus coitus moderamine factus Quibus ſit licitus quibꝰ nō eſt valde nociuus.

¶ Queritur quare ſemen viri ſit albuz.cum tamen ſemen mulieris ſit rubeū Reſpondetur ꝙ in viris eſt album ꝓpter magnam caliditatem et eſt magis decoctum.quia in teſticu⸗lis dealbatur.quoruz caro eſt alba ſicut et caro mammillaꝝ Sed ſemen mulieris eſt rubeum quia eſt ſuperfluum ſecūde digeſtionis que celebratur in epate quia epar eſt membrum rubeū igitur ⁊c Aliter rn̄detur qꝛ mēſtruū eſt ſanguis cor⸗ruptus et indigeſtꝰ ergo habꝫ colorem ſanguinis.

¶ Alia queſtio de eodem

¶ Queritur vtꝝ ſperma deſcindatur a membris vel hūo⸗ribus Rn̄detur ſm aliquos ꝙ a membris ſicut dictū eſt Et hoc ſic ꝓbant·qꝛ ſenſibilitꝰ videꝰ ꝙ claudꝰ aliqn̄ generat fi⸗lium claudum Et pater habens cicatricem generat filiū ha⸗bentem cicatricez.vt dicit Areſtoteles in libro de animalibꝰ Et hoc non fieret ſi non eſſet deciſio a membris Sed tamen alij dicuut ꝙ deciſio fit ab humoribus quia fit ab vltimo nu⸗trimento .modo nutrimentū nō eſt membrū ſed humor Sꝫ ad primā opinionē de patre trūcato Rn̄detur ꝑ Areſtotelē in ſcḋo de generatione animaliū hoc fit propter imaginatio⸗nem matris tempore coitus.

¶ Quare imaginatio matris de ethiope generat filiū nigꝝ et hoc eſt veꝝ de alijs opinionibꝰ.vnde refert albertꝰ mag⸗nus ꝙ quedā regina in coitu imaginabatur de vno ethiope in lecto depicto cum imagine magno et diſtorto et ſic conce⸗pit et peperit filium nigerrimum Ad hoc reſpondetur ſecū⸗dum Auicennā ꝙ imaginatio de caſu facit hominem cadere

tur qꝛ generaliter oēs mulieres ſūt flegmatice.modo vltima quadra eſt flegmatica Aliter rn̄detur ꝙ hoc eſt ꝓpter defec⸗tum lune.ergo in eis frigiditas operatur ad multiplicanduz illam materiam.et materia multiplicata tunc expellitur.

¶ Queritur quare in tali fluxu mulieres paciuntꝰ dolores Rn̄detur quia eſt ſimilis dolori ſtranguinee id eſt ꝓiectionis vrine paulatim et guttatim.quia ſicut ſtranguinea que fit ex potu indigeſto vias vrinales ſubtiles ledit ſicut contingit poſt balneū.ſic etiam materia menſtrualis ꝙ eſt terreſtris et indigeſta ledit vias per quas digeri debet et tranſire.

¶ Quare poſt fluxū menſtrui mulier faciliter concipit Rn̄⸗detur qꝛ tunc melius eſt diſpoſita ad conceptionē qꝛ ē mun⸗data a menſtruis Vn̄ vt legitur in exodo cuz iudei eſſent in babilonia in breui tꝑe augmentabātur ſuꝑ babilones huius non fuit alia ratio naturalis niſi ꝙ viri iudei nō coiebant cū ſuis mulieribus niſi eſſent purificate et mūdate a menſtruo et tunc ſunt apte ad concipiendum.

¶ Quare color mulierum mēſtruoſaꝝ mutatꝰ in palledinē Rn̄detur qꝛ tali tꝑe calor recedit ab omibus mēbris exteri⸗oribꝰ ad membra interiora ad iuuandū naturā et pellenduz mēſtrua ꝙ priuatio caloris in facie facit palledinem Aliter rn̄detur qꝛ mēſtrua ſūt crudi hūores. ergo ipſis fluentibus hn̄t decolorare faciē.et ꝑ conſequēs inducūt palledinem.

¶ Quare mulier mēſtruoſa abhorret cibū capere rn̄detꝰ qꝛ natura plꝰ laborat ad expulſionē mēſtrui ꝙ ad digeſtionez ꝙ ſi caperet cibū ille maneret crudꝰ ꝙ natura ſagax hoc non

¶ Quare quedā mulieres ſūt ſteriles et non ¶ admittit concipiūt Rn̄detur ſcḋm medicos ꝙ ꝓpter multas cauſas Aliquando ex parte viri eſt defectꝰ.ſcꝫ quādo vir eſt frigide nature tunc ſemen ſuum eſt ineptum generationi Secunda cauſa.quia ſemen eius eſt aliquociens aquoſum non faciens moram in matrice Tercia cauſa eſt qꝛ ſemen viri et mulieris ſunt diſproporcionata. vt ſi vir eſt melancolicus et mulier

ſanguinea vel ſi vir eſt colericus et mulier maxime flegma⸗tica.vt ptꝫ ex primo de generatione animaliuz et ſcḋo de aīa Agens et paciēs dn̄t eſſe ꝓporcionata alias actio impeditur.

¶ Quare mulieres pingues raro concipiūt Rn̄detur qꝛ hn̄t matricem lubricā ad quā ſemen conceptum labitur nec retinetꝰ Aliter rn̄detur qꝛ tales pingues hn̄t orificia matricū valde ſtricta ita ꝙ ſemen impeditur Et ſi intrat tunc tarde intrat ita ꝙ ſemen in medio tꝑe infrigidatur ⁊ ſic non valet ad generationem ſed in materiam carneam reſoluitur.

¶ Quare mulieres nimis calide raro cōcipiunt Rn̄detur qꝛ ſemen in eis extinguitur et cōprimitꝰ.ac ſi pauca aqua in magnum ignē funderetur.ergo vedemꝰ ꝙ mulieres maxīe feruētes appetentes luxuriā et libididē minime concipiunt.

¶ Quare mulieres publice et meritrices non concipiunt Rn̄detur ꝙ hoc ē ꝓpter diuerſa ſemina ex quibꝰ eaꝝ inſtru⸗menta cōcipiendi deſtruūtur et lubrica efficiuntꝰ ita ꝙ natura ſeminalis non retinetur.vel etiam vnū ſemen deſtruit aliud ita ꝙ nullū valet ad generationē Itē nota hos verſus. Im⸗pedit et ſemen aliud ſimul et mediāte.ꝙ impeditur ſequitur deſtructio prolis Itē nota vt ptꝫ ꝑ Albertum ſummū reme⸗diuz eſt ad ꝯceptionē recipere matricē leporis pulueriſatā ⁊ purificatā in potu.ꝙ a tota nā ſpecifica opatꝰ ad ꝯceptionē.

¶ Quare quedā mulieres cōcipiūt maſculos Rn̄detꝰ ſcḋm Conſtantinū et Areſto.ꝙ ſi ſemē cadit ad dexterā ꝑtē ma⸗tricis tūc generatur maſculꝰ.qꝛ hec ꝑs eſt calida et calor ſm ꝑdicta opatꝰ ad generationē maſcli.⁊ ꝙ ſm albertū qn̄ dextra ꝑs mulieris maxīe timet ē ſignū maſculi in vtero ſꝫ alij aſſig⸗nant aliā cauſaz vicꝫ qn̄ ſemē patris hꝫ dominiū ſuꝑ ſemen matris tūc generatꝰ maſculꝰ.ſed qn̄ econuerſo gn̄atur femella

¶ Quare quedā mulieres ꝯcipiūt femellas. Rn̄detur.qꝛ ſemē eſt lapſuꝫ ad ſiniſtrū latus matricis qḋ ē frigidum ra⸗tione ſplenis adiacentis qꝛ ſplen cooperatur ad frigiditatē ⁊ illa eſt cauſa femelle. Itez vt dicit Albertus qn̄ mulier poſt

aliquando loco ſeminis emittitur ſanguis crudus et indi⸗geſtus vel alia materia aquoſa.et quia hec nō ē calida ergo talem delectationem in ſe non habent.

¶ Queritur vtrum coitꝰ poteſt fieri per os ſcilicꝫ ꝙ aliq̄ animalia cōcipiūt per os.vt dicūt quidam de cornicibꝰ ꝙ oſ⸗culando ſe roſtro coeunt et concipiūt.Et quidam dicunt ꝙ muſtela concipit et parit per os .Reſpondetur ſecundum Areſtotelem in libro de animalibus ꝙ ille ſermo eſt penitus falſus et eſt ſermo fictus quia licet columbe roſtrizant ſe.ta⸗men ex hoc nō cōcipiunt et ex illo coeunt.Etiā quia muſtela ſemꝑ portat fetum ſuum de loco ad locuz.et ergo putant ꝙ parit per os Vnde Areſtoteles ita declarat et arguit Quic⸗quid intrat per os hoc digerendo conſumitur Sed ſemina intrant per os.ergo ſemina digerendo conſummuntur.ma⸗ior patet quia non eſt dabilis inſtancia. Sed conſequencia tenet in darij Sed diceret quis tamen beata virgo concepit per aurem.ergo poſſibile eſt ꝙ aliqua concipiunt per os Re⸗ſpondetur ꝙ hoc non eſt naturaliter ſed ſupernaturaliter ⁊ miraculoſe .et de illo nihil ad propoſitum Vnde dicit Al⸗bertus magnus.quid mihi de theologia cum phiſice loquor

¶ Queritur vnde generatur ſemen viri.ibi dicitur ꝙ ſūt ibi opiniones oppoſite medicorum et philozophorum et di⸗cunt quidaꝫ ꝙ ibi ſit humor ſuperfluus quarte digeſtionis Et aliqui dicunt ꝙ ſperma ſit ſanguis purus a cerebro fuſꝰ et eſt decoctum et inteſticulis de albatum Sꝫ alij dicūt ꝙ ſit ſuꝑfluum prime ſecunde et tercie digeſtionis. Sed quia ſi⸗milia ſunt ſudor vrina ſputum flegma colera et ergo dicit in de generatione animalium ꝙ ſperma ſemper eſt ſuꝑfluum vltimi nutrimenti ſcilicet·ſanguinis ꝑ totuz corpus diſperſi Sed tamen precipue diffunditur et dimittitur a membris principalibus.ſcilicet a corde epate et cerebro.et huius ſig⸗num eſt .quia talia membra in digeſtione virtutis ſemi⸗